

NUNC EA PRAEFECTURA QUID ABIECCLUS? (44) UT ENIM PAULO ANTE
 DIXIMUS QUOD NICHIL HABET PROPRII DECORIS OPINIONE UTENCIUM NUNC
 SPLENDOREM ACCIPIT NUNC AMITTIT. Concludit igitur³² ex omnibus
 predictis epilogando dicens (47) IGITUR³³ SI³⁴ DIGNITATES
 NEQUEUNT FACERE REVERENDOS ut patet ex prima ^u via SI ULTRO
 SORDESCUNT CONTAGIONE IMPROBORUM ut patet ex secunda ^u via SI
 DESINUNT SPLENDERE MUTACIONE TEMPORUM ut docet quarta ^u via SI
 VILESCUNT ESTIMACIONE GENCIIUM ut patet ex tertia ^u via QUID EST
 QUOD HABEANT IN SE EXPETENDE id est desiderande PULCRITUDINIS
 NEDUM³⁵ ALIIS PRESTENT? quasi diceret patet quod nichil habent
 pulcritudinis in se et ideo nec aliis prestare possunt.

[III m 4]

QUAMVIS metrum quartum et est commixtum ex metro Faleucio¹
 (de quo dictum est² libro primo metro quarto) et metro Archilochico
 sic dicto ab ^u inventore, dactilico a pede predominante, tetrametro
 a pedum numero, acathalecto id est sine defectu ^u vel habundancia
 sillabe. Recipit autem loco dactili aliquando spondeum aliquando
 trocheum scilicet in ultimo et penultimo loco et in hoc differt

 32 igitur RPO ergo J / 33 igitur RPO ergo J / 34 et (?) post si
eras. J / 35 nedum O necdum RPJ /

1 faleucio R falecio P falenco J falcō O / 2 dictum est RO om. P
 dictum est supra J /

ab alcmanico de quo habitum est supra libro primo metro tercio.
 In hoc autem metro per exemplum de Nerone confirmat dignitates
 temporales non habere de se ^uveram ^ureverenciam et per consequens
 nec beatitudinem quia ^uevenerunt Neroni qui pessimus fuit et ab eo
 aliis conferebantur. Dicit ergo QUAMVIS SUPERBUS NERO LUXURIE
 SEVIENTIS id est qui ^useviebat luxuria COMERET id est ornaret SE
 OSTRO id est purpura quia ex sanguine ostreorum conficitur TIRIO
 scilicet quia in mari Tirio illa ostrea ^uinveniuntur ET NIVEIS
 LAPILLIS id est albis margaritis TAMEN INVISUS id est odiosus
 VIGEBAT OMNIBUS. De isto Nero ^{ne}refert Freculphus Lixoniensis
 episcopus in historia quam a ^unatiuitate Domini nostri Iesu Christi
 digressit libro primo capitulo 16^o quod ^upetulancia percitus id
 est allectus omnia pene Ytalie et Grecie theatra perlustrans
 assumpto ^ueciam ^uvarii ^uvestibus ^udecore ^ucericas ^ucytharistas ^utragedos
 et aurigas sepe sibi ³superasse ^uvisus est. Libidinibus porro
 tantis exagitatus est ut ne a matre ^uquidem ^uvel ^usorore ^uullave ⁴
 consanguinitatis ^ureverencia abstinuisse referatur. Virum in
 uxorem duxerat; ipse a ^uviro ut ^uuxor ⁵acceptus est. Luxurie ^uvero
 tam ineffrenate fuit ut retibus ^uaureis ^upiscaretur que ^upurpureis
 funibus ⁶extrahebantur, frigidis et calidis ^ulavaret unguentis;

² Migne, P.L. 106, 1131 D - 1132 A.

³ sepe sibi ROD om. PPe sepe J / ⁴ ullave RPG ulla ne JO /

⁵ ut uxor RPD in uxorem JO / ⁶ funibus PO finibus RJ /

qui etiam numquam minus quam mille carrucis confecisse <iter>
 traditur. Et nichilominus tam ^uviciosus dignitatem imperialem
 adeptus est. Sed et aliis dignitates largitus est. Unde subdit
 (5) SED IMPROBUS scilicet Nero DABAT QUONDAM^u VERENDIS PATRIBUS
 id est senatoribus rever^uendis CURRULES id est tales dignitates
 propter quas sedebant in currulibus INDECORES scilicet ex hoc
 quod ab indigno dabantur. (7) IGITUR QUIS PUTET id est reputet
 rationabiliter ILLOS HONORES BEATOS id est beatitudinem consistere
 in illis honoribus QUOS MISERI id est improbi⁸ et ^uviciosi⁸
 TRIBUUNT ? quasi diceret nullus.

[III p 5]

→ *Retypa lin. 12*
 AN VERO, REGNA *1* prosa quinta in qua ostendit¹ quod regna et
 regum familiares non afferunt ^uveram potenciam quam promittere
 videntur et propter quam appetuntur. Et circa hoc duo facit.
 Primo enim probat propositum. Secundo ostendit quomodo querenda
 est ^uvera potencia metro quinto ibi QUI SE VOLET. Circa primum
 duo facit. Primo ostendit ^uveram potenciam non esse in regibus;
 secundo quod nec in regum familiaribus ibi (25) NAM QUID EGO.
 Quod² autem in ^uregibus² non sit ^uvera potencia et per consequens

regnis

7 dabat quondam RPO dabat J / 8 improbi et ^uviciosi RPO improbi
^uviciosi J /

1 regna etc. prosa quinta in qua ostendit R regna hic ^uvero ostendit P
 regna prosa quinta in quo ostendit JO (in qua D) / 2 quod autem in
 regibus D quod autem in regnis RO quod in regibus P quod autem in
 regibus ^uvel regnis J /